

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Th. D. Pastoris ac Professoris ...  
Academia Rostochiensi, Quo Ad Exequias ... Virginis Annae Margaretae von der  
Lühe. Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos peramanter invitati : P. P. die  
15. Martii Anno Domini M. DC. LIV.**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289282>

Druck    Freier  Zugang



**Qvistorp, J.**

in

**A. M. v. d. Lühe.**

**Rostock. 1654.**







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770289282/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289282/phys_0003)





PROGRAMMA  
RECTORIS  
**JOHANNIS QVISTORPII,**  
S. S. Th. D. Pastoris ac Professoris,  
in Ecclesiâ & Academiâ  
Rostochiensi,

*Quo*  
Ad Exequias  
*Nobilissimæ, Generosissimæ, Pudicissimæ*  
*Virginis*

**ANNÆ MARGA-  
RETÆ von der Lühe.**

OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS  
peramanter invitat.

P. P. die 15. Martii ANNO DOMINI  
M. DC. LIV.



ROSTOCHI,  
Litteris NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

RECTOR  
JOHANNES QUISTORPIUS,  
S.S. Th. D. Prof. & Past. in Acad.  
& Eccles. Rostochiensi.



Ptimè quidam & Sapientissimè, durissimum Mortis, In quemcunq; mortalium jus ac imperium, hacce expressit Sententia Mors servat legem, tollit cùm paupere Regem. Nam iudic terribilis mors, in omni prorsus vitæ gradu & genere, aquoq; pulsat pede, pauperum et abernas Regumq; turres. Parvi illa facit, hujus mundi divitias & opes. Nam ut eleganter Menander apud Stob. Serm. 22. immortalitas comparari non posset, ne si collegiris quidem infinita talentia, quorū habuisse tantum fertur; sed morieris, eaq; reliquæ alius. Nullam illa unquam expavescit potentiam. Nam ipsa, tum Imperatorum diademata, tum Coronas Regum, tum nudos Ducumenses; tum ayita mortalium Stemmatæ, de pristinâ suâ potentia & magnificencia, in feralem suam projicit potestatem. Non reformidat illa (ut Agapetus ad Justin. præcept. 67.) splendores dignitatum; omnibus enim vorates suos dentes infligit. Non illa aquiles, gryphos, Leones, Ursos, canes, hisq; similia animalia; quanquam apertissima patrum avorumq; testimonia curat; Non ensibus, non clypeis, non galeis, non cervorum cornubus, non valvularum aliis, non aprorum capitisbus, non similibus ac pluribus, clarissimorum majorum stemmatibus deterretur, Flocci facit titulorum splendores; né pili aestimat tritavorum, vel mille annis continuatam gloriam; Sive Hercule, vel Agamemnonis progenitus; sive tot generosorum, tot nobilium, Sagototâq; famigerabitum.

lium Capita, in tuâ gente nomines, quot vix alii numerare possunt homines, & vel mille familiarum gradibus, ad gloriæ fastigium contendere nitaris ; parum hæc, mors moratur. Nullum talium respectum habet mors implacabilis: Omnia hæc, quæ mundus miratur & stupet, in solitudinem & tenebras conjicit, & ut Boetius 2. de Consol. phil. met. 7.

*Involvis humile pariter & celsum caput;*

*Aequatq. summis infima.*

Experti id sumus toties, ipsisq; oculis conspicimus ferme quotidie, nihil esse in hocce mundo, adeo superbū, nihil adeo in conspectu mortalium splendere, nihil tam insigniter eniteſcere, nihil etiam tam securis, firmisq; radicibus esse munitum, in quod Mortis violentia non valeat. Et iam hodiè vel hanc Nobilissimam Virginem ANNAM MARGARETAM von der Lühe / non absq; luctu & moerore contuemur ; Quæ illustris sanè Virginalis Sexus Corona, non tam citò, suam deposuifset mortalitatem ; Si crudelis immitisq; mors, ejus antiquissimi ac præclarissimi stemmatis, ejusq; aviti generis, cuius vetustas Hyſtoricorum eludit diligentiam, rationem habuisset. Nata etenim illa fuit Anno M. DC, XX XIV. die 4. Novembris. Patre, Viro Generoso, Strenuo, Nobilissimo, Dn. DANIELE von der Lühe / in Netterstorff/Hæreditario. Matre verò Generosâ, Nobilissimâ Fœminâ, summis, quæ Nobile exornant geno, condecoratâ Virtutibus, SOPHIA Viereggæ / de domo Weitendorf/ progenitâ. Originem suam traxit, è celeberrimis, ac antiquissimis, von der Lühe / & Viereggæ/ prosapiis. Avum paternum habuit; à parte patris. Virum Generosum ac Strenuum Dn. OTTONEM von der Lühe / in Netterstorff & Ilow Hæreditarium. Aviam paternam DOROTHEAM von Plessen / de domo Steins-

A 2

haussen.

Hausen. Proavum paternum habuit Dn. GEORGIUM  
von der Lühe / in Ketterstorff & Kölzow hæreditariu[m].  
Proaviam paternam AGNETEM Behren / de domo  
Nüströw. Abavum paternum habuit Dn. DANIELEM  
Plessen/in Steinhäussen Hæreditarium. Abaviam pater-  
nam MARGARETAM Krosek / de domo Golberck.  
Atavum Paternum habuit Dn. JOACHIMUM von  
der Lühe/ in Kötterstorff & Kölzow/ Hæreditarium. Ata-  
viam pateryam ELISABETHAM Negendanck/de  
domo Eggerstorff. Tritavum paternum habuit Dn.  
HEININGUM Krosek. Mecklenburgicum MAR-  
SCHALLUM, & Præfectum in Golberck. Tritaviam  
paternam CATHARINAM Lübowen / de domo Bæ-  
kendorf. Quadravitum paternum habuit Dn. OTTO-  
NEM von der Lühe / in Ketterstorff; Flöw/ vnd Kölzow/  
Hæreditarium. Quadritaviam paternam ELISABE-  
THAM von der Osten/ de domo Karstorf. Quintavum  
paternum habuit Dn. HENRICUM Bawwize / in Lü-  
borg Hæreditarium. Quintaviam paternam habuit DO-  
ROTHEAM Grabowen/ de domo Woste. Hisce glo-  
riosis Majoribus , addi possunt , splendidissimæ , von  
Moltken/ von Negendanck/ von Behren / von Buchwaldt/  
von Rehren/ von Prehn / familie ; è quibus non modi-  
cam capere poterat laudem piè defuncta Virgo; cum  
non postremasit felicitas humana, ab eximiis & honora-  
tissimis Majoribus viræ suæ primordia ducere. Verum  
si maternam etiam excutiamus progeniem ; cernemus  
non minorem Virginis hujus defunctæ eminentiam.  
Avum enim maternum à parte matris . nobis ostendit  
Dn. PAULUM Birreggen / in Weitendorf Hæredi-  
tarium. Aviam Maternam, DOROTHEAM Walsch-  
leben / de domo Leistennow è Pomeraniâ prognatam.  
Proayum maternum ostendit , Dn. VALENTINUM  
Biers

Vieregge / in Weitendorff & Vorrentin Hæreditarium  
Proaviam maternam ANNAM von Ørzen / de domo  
Hershagen & Gorow. Abavum maternum ostendit Dn.  
OTTONEM Walschleben in Leistewinow / Buschmühlen/  
& Hagenow Hæreditarium. Abaviam maternam  
MARGARETAM Linstowen / de domo Linstow.  
Atavum maternum ostendit JOACHIMUM Viereg-  
ge / in Weitendorff & Vorrentin Hæreditarium. Ataviam  
Maternam CATHARINAM Levezowen / de domo  
Mistorf. Tritavum Maternum ostendit Dn. Viecke von  
Ørzen / in Gershage & Gaurow Hæreditarium. Trita-  
viam maternam MARGARETAM von Bälomen/  
de domo Werrendorf. Quadravitavum maternum osten-  
dit, Dn. MAURITIUM Linstow / in Linstow Hæredi-  
tarium. Quadravitaviam CATHARINAM Kardorfen/  
de domo Granzow. Quintavum maternum ostendit  
Dn. JOACHIMUM Levezow / in Mistorf Hæreditar-  
ium. Quintavitaviam maternam CATHARINAM Hane/  
de domo Plesz & Küchelinz prognatam. Quibus omni-  
bus famam immortalē consequutis, lineæ maternæ  
majoribus, adycienda erunt inclutissimarum familia-  
rum, von Sperlinge / von Bibowen / von Flotowen / von  
Passewen / von Bartholdt / von Grabowen / von Hohen/  
nomina, è quorum sangvine, vitæ suæ deducit auspicia,  
Virgo hæc Nobilissima; quæ nihilominus respicere no-  
luit atrocissima mors, & tam subito, Virginem animo &  
corpo elegantem, è cætu mortalium expunxit. Quæ,  
quamprimum hacce communi lucis usurâ, ante 20, an-  
nos & 3. menses frui cæpisset, in familiam CHRISTI  
JESU nobilissimam, per lavacrum regenerationis ado-  
ptata est, illisq; virtutibus informata, quæ pœclarissimè  
natam Virginem, suo generi & majoribus laudatissimis  
convenienter, exornare poterant. In sexto fermè at-  
A 3 tis

tis tenerimæ anno, tum patre tum matre orbabatur,  
nimisq; citò , sibi duos fratres , & tres sorores, à  
morte præceptas, anxio pectori, madentibusq; oculis,  
olim deplorabat; excipiendo unicam hanc dilectissi-  
mam Sororem DOROTHEAM von der Lühe/ nunc  
ob suum intempestivum obitum mœstissimam; è cuius  
unicæ salute & incolumente, maximum ad extremum  
vitæ halitum, percipiebat solatum; Tam festinanter  
parentibus dulcissimis destitutam, sumserat ad se cha-  
rissimæ genitricis Frater, Generosissimus Dn. OTTO  
Vieregge in Weitendorff Hereditarius; quam Svavissima  
ejus conjux, in omnibus virtutibus, in DEI timore &  
cultu, in omni deniq; honestate sedulò educavit, & apud  
se, ad Annū M. DC. LI. retinuit. Dum verò mox Dn.  
OTT O von der Lühe / in Rettendorf Hereditarius, fra-  
terq; beatissimæ memorie Virginis hujus germanus;  
dum inquam, DEO sic consciente, Nobilissimam ac  
Generosam Virginem, ELISABETHAM Buch-  
waldt/ Generosi & Strenui Viri Dn. FRANCISCI  
JOACHIMI von Buchwaldt/ Celsissimi Principis &  
Ducis Mecklenburgici Præfecti ac Capitanei relictam  
filiam, sibi conjugio associavisset; apud ipsammet Vir-  
gō piè mortuā, simul cum amantissimā Sorore suā DO-  
ROTHEA, quæ adhuc dum DEI benignitate, vitæ  
munere fruitur, commorabatur: Verum cum Præpotens  
DEUS, prænominatum fratrem charissimum mundo ci-  
tius valedicere, dulcesq; conjugis amplexus, vix anno  
elapso, linquere jussisset; consilio Viri Excellentissimi,  
Experientissimi, Dn. STEPHANI SCHULTEI,  
Medicin. Doctoris & Professoris celeberrimi, Collegæ  
& Adfinis honoratissimi; ad murandum aerem, & refo-  
cillandas imbecilliores illo tempore vires, ad parentis  
olim

olim dilectissimi Sororem, Viri Nobilissimi, Generosi  
Dn. Rieckman von der Lancken / Ducalis Præfecti & Capi-  
tanei Consortem, Screlitzium semet recepit. Verum  
cum morbus infirmitasq; ipsius majus sumeret incre-  
mentum, paruit dilectissimæ Scrori DOROTHEÆ,  
dum ipsam indè accipiens antè sesquiannum Rostochi-  
um adduceret; non alio fine, nisi ut efficaciora sanitatis  
recuperandæ confilia nancisci, remediaq; varia diligen-  
tius adhibere posset. Et me hercule! imploratâ prius  
Divinâ ope, omnia media humana non aspernabatur;  
quæ nihilominus exiguum vel nullum ipsi adferre po-  
terant emolumenntum; quandoquidem illam, Divina be-  
nignitas, longè diuturniori animæ sanitati, vitæq; illi,  
in immensam duraturæ æternitatem reservabat. In-  
prolixiori morbo, miram patientiam, vereq; Christia-  
no homine dignissimam, semper demonstrabat; cumq;  
tanquam virtutum officinam, tanquam humilitatis gy-  
mnasium, tanquam probitatis magistrum, animitus am-  
pletebatur. Et dum adytereret, de die in diem, mor-  
bum vires roburq; sumere, sibiq; imminere inevitabi-  
lem è mundo hoc emigrandi necessitatem, alias sæpè,  
& aliquot, ante ultimum vitæ terminum diebus, Me-  
metiplum, ad se advocari curabat, cum summaq; orabat  
devotione; ut illius animam, dissolvi & esse cum CHRISTO  
cupientem, ejusdem sacro Sancto corpore Sangvineq;  
preciosissimo, reficerem. Quod dum Divinâ adjuvan-  
te fecisset gratiâ, summâ mentis tranquillitate, animo  
infracto & impavido, fatalem metam expectabat; sermo-  
nes hosce ardente pietatem spirantes, ex adyto pecto-  
ris deprimebat. Ach mein lieber Gott / sey doch nicht  
lange / spanne mich aus Jesu du liebster Heyland mein / lass  
mich aus / und führ mich hein. In die Wunden dein / schließ  
ich

ich mich ein / dein wil ich tote / und lebendig seyn / in tam plis,  
tam sanctis permanens ac perseverans precibus, tantaq; munita constantia, ut nullo mortis metu se perire pateretur. Dominicā primā Adventus, Anni nuper elapsi 1653. ipso meridiei articulo, in horae 12. punto, præter spem & opinionem præsentium, placidissimè animam exhalabat, ut mors somno simillima videtur. Ita nobis occidit generosa Virgo ANNA MARGARETA von der Lühe / in ipsa juvenili ætate; postquam vixisset annos XIX. 3. Septimanas, & diem unum; occidit, & exemplo suo nos commonefecit, omnia nata in terris interire; omnem gloriam, omnem pompam, omnes voluptates, instar umbræ evanescere, volitareq; ludubria ventis. Vos jam OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMIÆ, vestris titulis honoratis. simi; animitus felicissimæ huic animæ, cælo jam receptæ, vitamq; beatissimam, nullis annorum terminis, nullâ felicitatis mensurâ circumscriptam agenti, mecum gratulemini. Itote ( obsecro & invito peramanter & officiosè) frequentes, Exequias Nobilissimo genere, Virtutibusq; Eximiis condecoratissimæ Virginis; Corpus ejusdem, veluti nobile, animi piissimi, diversorum, e domo Nobilissimi & Generosi Dn. CASPARIS Bieregge / Consulis hujus Reipublicæ incliti, & Marschalli Bützoviensis, ad locum quieti ipsius ac requieci destinatum efferendum, decenter deducite; Memores propriæ quoq; fragilitatis. Memores, quod ad eundem terminum omnes movemur; quod similis nos maneat, rerum humanarum meta. P. P. Rost. sub Sigillo  
Acad. die 15. Martii A. D. 1654.

Conventus fiet horâ primâ in Templo Mariano.

• 6(\*) 30 •










olim dilectissimi Sororem, Viri No-  
Dn. Nicelman von der Lancken / Ducali-  
tanei Consortem, Strelitzium seme-  
cum morbus infirmitasq; ipsius ma-  
mentum, paruit dilectissimæ Scro-  
rum ipsam inde accipiens antè sesqu-  
um adduceret; non alio fine, nisi ut e-  
recuperandæ confilia nancisci, remed-  
tius adhibere posset. Et me hercul  
Divinâ ope, omnia media humana  
quæ nihilominus exiguum vel nullu-  
terant emolumentum; quandoquidem  
nigritas, longè diuturniori animæ sa-  
in immensam duraturæ æternitatem  
prolixiori morbo, miram patientiam  
no homine dignissimam, semper dem-  
tanquam virtutum officinam, tanqua-  
mnasium, tanquam probitatis magistri  
plectebatur. Et dum adverteret, de-  
hum vires roburq; sumere, sibiq; im-  
lem è mundo hoc emigrandi necessit-  
& aliquot, ante ultimum vitæ termi-  
meti plumbum, ad se advocari curabat, cun-  
devotione; ut illius animam, dissolvi  
cupientem, ejusdem Sacro Sancto con-  
 preciosissimo, reficerem. Quod dum  
te fecissem gratiâ, summâ mentis tran-  
infraesto & impavido; fatalem metam ei-  
nes hosce ardente pietatem spirante-  
ris depremebat. Ach mein lieber G[ott]  
lange / spanne mich aus Jesu du liebster  
mich aus / und führ mich hein. In die W



the scale towards document